Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



per omnia secula seculorum Amen Dominus vobis
cum Et cum spiritu tuo Sursum corda Habemus
ad dominum Gratias agamus domino deo nostro Dignum
et iustum est Vere dignum et iustum est equum et salutare
Nos tibi semper et ubique gratias agere: domine sancte pater omnipotens
eterne deus per xpm dominum nostrum Per quem maiestatem tuam
laudant angeli adorant dominationes tremunt potestates:
Celi celique virtutes ac beata seraphin socia exultatione
concelebrant Cum quibus et nostras voces ut admitti
iubeas deprecamur supplici confessione dicentes Sanctus
Sanctus Sanctus dominus deus sabaoth Pleni sunt
celi et terra gloria tua Osanna in excelsis Benedictus qui
venit in nomine domini Osanna in excelsis Agnus dei qui tol
lis peccata mundi miserere nobis Agnus dei qui tollis
peccata mundi dona nobis pacem ꝓhyacō paschal i pleno offo

Vere dignum et iustum est Te quidem domine omni tempore sed in
hac potissimum die gloriosius predicare cum pascha nostrum
immolatus est xpus Ipse enim verus est agnus qui
abstulit peccata mundi Qui mortem nostram moriendo de
struxit et vitam resurgendo reparavit Et ideo cum
angelis et archangelis cum thronis et dominationibus cum